



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

27. De alapa in domo Annæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

MEDITATIO XXVII.

Alapam accipit, & amandatur ad  
Caipham Pontificem.

PUNCTUM PRIMUM.

**V**Nus assistens ministrorum dedit alapam *Je-* Alapæ  
*su,* dicens, sic respondes Pontifici ! 1. Fuit crude-  
litas.  
crudelis alapam, quippe à furente, & assentante  
domino suo. 2. Valde ignominiosa in tali con-  
fessu, & ei homini, qui hactenus fuerat venera-  
tioni omnibus, quam & infita vultui majestas  
conciliabat. 3. Calumniosa pro justissimo ac  
prudenterissimo responso. 4. inde etiam acerba,  
quod aliorum plausu excepta, causamque præ-  
buit ut alij in Christum talia auderent. O faci-  
es decora, in quam desiderant Angeli prospice-  
re ! en ut erubescis tum à plaga, tum ab in-  
nato pudore ob maximam confusionem !

PUNCTUM II.

**R**espondit *Jesus* : si malè locutus sum testi- *Ioan. 18.*  
*monium* perhibe de malo : si autem bene, *23.*  
*quid me cadis ?* satisfacere voluit, ne videretur  
injuria affecisse Pontificem. Respondit autem  
mansuetè & modestè, absque ullo signo turba-  
tionis? sic autem efficaciter, ut nihil replicarent ;  
nec tamen ejus defensio locum invenit. Ut  
ego non turber, quando mihi simile contin-  
get, ut rationes, vel excusationes non recipi-  
antur.

F 3

PUN-



## PUNCTUM III.

**M**isit Annas Jesum ligatum ad Caiphane, ad quem, ut Pontificem, res propriè pertinebat. Ligatum misit, ut antea, vel etiam magis pro majori cautela: sed quò stringebatur arctius, eo charitas illius dilatabatur amplius, ad plura ferenda propter nos.

Ductus est, ut prius tumultuosè prodeuntibus etiam ex domibus spectatoribus, seque turbæ adjungentibus & colludentibus. Interea Jesus solita pace, & patientia ferebat omnia, & offerebat pro salute ipsorummet.

## MEDITATIO XXVIII.

*Triplex negatio Petri.*

## PUNCTUM PRIMUM.

*Matt.*  
*26. 58.* **P**etrus sequebatur Jesum à longè, & ingressus cum alio discipulo atrium Pontificis, accedens ad alios ministros, calefaciebat se, quia frigus erat.

Lapsus  
Petri  
causæ.

Lapsus Petri hinc quasi progressus fuit. 1. sequebatur à longè: refrizerat, in anima ejus amor, unde notavit Evangelista, quia frigus erat.  
2. ingressit se in occasionem, præfidens sibi.  
3. Oblivioni tradidit prædictionem Christi. Cavebo diligenter ista. Ille alius discipulus (qui putatur Joannes) non negavit, præcipuè Deo protegente: sed & quod non ita præsumere.

107